UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Rebvs Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ Recentiores

Hay, John

Antverpiae, 1605

Christiano Lectori Interpres S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61204

Visual Library

CHRISTIANO LECTORI INTERPRES S.

STYLO ſimplici & perſpicuo Epiſtolam hanc ex Italico in Latinũ conuerti, quo faciliùs ab ijs, qui non magnos in lingua Latina progreſſus fecerunt, intelligeretur. Sũt porrò voces aliquæ apud Italos ambiguæ, exempli cauſſà, *Nepote*, *Zio*, *Antiano*, quarum propria quæ ſit in hac Epiſtola ſignificatio, (ea eſt ingenij mei imbecillitas) conjicere non potui: qua de re te præmonitum volui, ne mihi vitio dares, quòd *Neptis* vocabulum in ſignificatione apud primos linguæ Latinæ auctores, vt ſuſpicor, inuſitata vſurparim. Vale: & ſi intellexero hunc laborem meum tibi non diſplicuiſſe, propediem, iuuante Deo, mirabilem rerum Iaponicarum commutationem audies.